^d Et fehlt in a1, DOENNIGES.

^e Dahinter in a1, DOENNIGES seu documentum.

^f In a1 dahinter durchgestrichen Petrini f fo.

^g DOENNIGES d.

^h a1, DOENNIGES Ferozariis.

ⁱ A, a2 Christi nomine.

^j DOENNIGES mill.

^k A, a2 trecentesimo.

^l A, a1, a2, DOENNIGES Bonacolsis.

^m A, a2 castelano.

ⁿ A, a1, a2, DOENNIGES Bonacolsis.

Gonrerc^c, Nicholao^d de Cremascis^e, Torello^f de Torellis^g, Petro de Caprianis, Bernardino iudice de Mincilino^h et Adalberio de Adalberisⁱ notario testibus rogatis et aliis in publico^j et generali consilio civitatis et populi Mantue super palatio^k veteri civitatis eiusdem sono campane et voce preconum^l more solito congregato. Nobilis dominus^m Hugolinusⁿ de Sesso potestas Mantue et nobilis et magnificus dominus^o Reinaldus^p de Bonacolsis^q comunis^r et populi Mantue capitaneus generalis insimul cum voluntate consiliariorum adssistentium^s in consilio^t memorato qui fuerunt due partes et ultra consiliariorum necnon^u consilarii qui erant in ipso consilio cum auctoritate^v predictorum scilicet nobilis domini^w Hugolini^x potestatis nobilisque^y et magnifici domini^z Rainaldi^{aa} capitanei^{bb} de unanimitate voluntate constituerunt, ordinauerunt et creaverunt viros sapientes iurisperitos^{cc} dominos^{dd} Czanenbonum^{ee} de Lateza^{ff} et Maffeum^{gg} de Michaelibus quemlibet ipsorum^{hh} insolidum presentes et recipientes suos et comunisⁱⁱ Mantue procuratores, actores et syndicos^{jj} speciales, ita quod occupantis melior non

- ^a A, a2 Gonz(aga).
^b A, a2 Conrado.
^c A, a2 Gonz(aga).
^d a1 Nychol.; a2 Nacholao; *DOENNIGES* Nycholo.
^e A, a1, a2, *DOENNIGES* Cremaschis.
^f a1, *DOENNIGES* Thorello.
^g a1 Thorell.; *DOENNIGES* Thorello.
^h A, a2 Muiolono; a1 Muiolino; *DOENNIGES* Mujolino.
ⁱ A, a1, a2, *DOENNIGES* Adhelberio de Adhelberis.
^j a2 inpublico.
^k a1, *DOENNIGES* palacio.
^l B precon.; a1, *DOENNIGES* preconum.
^m *DOENNIGES* dns.
ⁿ A, a2 Vgolinus.
^o *DOENNIGES* d.
^p A, a1, a2, *DOENNIGES* Raynaldus.
^q *DOENNIGES* Bonacelsis.
^r *DOENNIGES* communis.
^s A, a2 asistencium; a1, *DOENNIGES* assistentium.
^t Davor in a2 durchgestrichen ipso.
^u A, a2 nec non.
^v A, a2 voluntate.
^w *DOENNIGES* d.
^x A, a2 Vgolini.
^y A, a2 et nobilis.
^z *DOENNIGES* d.
^{aa} A, a2 Raynaldi; a1, *DOENNIGES* Reynaldi.
^{bb} Dahinter in A, a2 Mant(ue).
^{cc} A, a2 iuris peritos. Folgt in A, a1, a2, *DOENNIGES* puta.
^{dd} *DOENNIGES* dnos.
^{ee} A, a2 Zanebonum; *DOENNIGES* Canebonum.
^{ff} A, a2 Lateyza; a1, *DOENNIGES* Lateycza.
^{gg} A, a2 Mapheum; a1, *DOENNIGES* Mafeum.
^{hh} A, a1, a2, *DOENNIGES* eorum.
ⁱⁱ *DOENNIGES* communis.
^{jj} A, a2 sindicos.

sit conditio^a. Et quod per unum inceptum fuerit, per alium possit finiri et terminari ad comparandum^b coram serenissimo domino^c Henrico Romanorum rege semper augusto imperatore^d semper augusto et ad iurandum fidelitatem in animas predictorum et sacramentum fidelitatis prestandum ipsi domino imperatori, et ad exponendum, offerendum et ad ipsum dominum serenissimum imperatorem affectuose recipiendum et eius mandatis et beneplacitis cum sinceritate devotionis^e et fidei^f obsequendum. Promittentes^g predicti domini^h potestas, capitaneus, consilium et comuneⁱ Mantue dictis dominis Gzanenbono^j et Maffeo ipsorum nunciis, syndicis et procuratoribus et^k michi notario infrascripto^l recipienti et stipulanti nomine et vice dicti domini^m serenissimiⁿ et omnium aliarum personarum quarum interest vel interesse posset^o omnia firma et rata habere et ipsa integraliter observare sub obligatione omnium bonorum suorum^p et dicti comunis^q. Postea subsequitur subscriptio notarii que talis est:^r Ego^s Petrinus filius domini^t Moroni^u de Ferroczanis^v sacri palatii^w notarius publicus hiis interfui et rogatus scripsi.

Huius igitur auctoritate syndicus, procuratorii et mandati prefatus Gzanenbonus et Maffeus syndici et procuratores sindicario et procuratorio nomine omnium et singulorum civium, habitatorum et districtualium comunis et populi civitatis Mantue presentibus testibus infrascriptis confessus fuit sollempniter et publice recognovit ex certa scientia et voluntate sua spontanea prefatum serenissimum dominum Henricum Dei gratia Romanorum regem semper augustum suum et dicte civitatis Mantue et districtus hominumque, civium, habitatorum et districtualium eiusdem civitatis verum, legitimum et precipuum dominum absque medio offerendo et submittendo se et dictam civitatem et districtum hominesque, cives, habitatores et districtuales eius omnimodo dominationi, iurisdictioni et dispositioni ipsius domini regis ad dispen-

^a *A*, a2 condicio.

^b *A* comparandum; a2 comparandum.

^c domino *fehlt bei DOENNIGES*.

^d *Davor in a2 et. DOENNIGES imperatori.*

^e *A* devocionis.

^f a2 fidey.

^g *A*, a2 promittentes.

^h *DOENNIGES dni.*

ⁱ *DOENNIGES commune.*

^j a1, *DOENNIGES Canebono.*

^k dicitis – et *fehlt in A, a2.*

^l infrascripto *fehlt in A, a2.*

^m *DOENNIGES dni.*

ⁿ *Dahinter in a1, DOENNIGES dni. In A, a2 serenissimi domini.*

^o *DOENNIGES possit. Dahinter in A, a2 predicta.*

^p *A, a1, a2, DOENNIGES suorum bonorum.*

^q *DOENNIGES communis.*

^r Postea – est *fehlt in A, a2.*

^s a2 EGo.

^t *DOENNIGES d.*

^u *A Moreni.*

^v *A, a2 Forzanis; a1 Feroczanis; DOENNIGES Ferotzanis.*

^w a1, *DOENNIGES palatii.*

dum et ordinandum de ipsi civitate, civibus, comuni et populo districtuque et districtualibus eiusdem civitatis tamquam verum legitimus et precipuus dominus ad sue beneplacitum voluntatis. Promiseruntque supradiciti syndici et procuratores sindicario et procuratorio nomine quo supra et iuraverunt ad sacra Dei euangelia in animas supradictorum quorum sunt syndici et procuratores, quod ab hac hora in antea ipsi cives, homines et habitatores ac districtuales dicte civitatis universaliter singuli et singulariter universi erunt fideles devoti et obedientes ipsi domino regi et sacro Romano imperio contra omnem hominem et quod numquam scienter erunt in consilio, facto, opere, tractatu vel consensu, quod idem dominus rex perdat vitam vel membrum vel honorem aliquem, quem nunc habet vel in posterum habebit aut iura imperii vel recipiat in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut offensam. Et si sciverint vel audiverint de aliquo, quod velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat, pro posse suo impediunt. Et si impedire non poterunt eidem domino regi nunciabunt et contra eum eidem domino regi auxilium suum prestabunt. Et si contingerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam nunc habet vel habebit in futurum, quocumque casu quod absit amittere ad eam recuperandam et recuperatam conservandam toto posse iuvabunt. Et si idem dominus rex guerram habuerit pro suis et imperii iuribus contra aliquem et inde generaliter aut specialiter fuerint requisiti, ipsum dominum regem tamquam veri fideles devoti et subditi toto suo posse iuvabunt. Consilium quod idem dominus rex ab eis postulaverit bonum iustum secundum conscientias suas fideliter ei dabunt. Secretum quod eis ex parte ipsius domini regis commissum fuerit ad dampnum ipsius domini regis sine eius licentia nemini pandent. Et numquam ex personis suis aut per alium seu alios aliquid scienter facient, quod cedat vel cedere possit ad ipsius domini regis vel suorum aut imperii iniuriam, lesionem, dampnum, dedecus vel iacturam, quodque ipsi domino regi et eius vicariis et officialibus et sacro imperio obedient fideliter et devote. Dictus vero dominus rex ipsos syndicos et procuratores nominibus quibus supra et per ipsos dictos comune et populum et districtuales tamquam suos et imperii devotos et fideles benigne recepit ad suam et imperii gratiam et favorem. Actum ut supra.^a

^a Huius – ut supra *fehlt in DOENNIGES*.

7.

Treueid der Leute von Casale Monferrato.

s. d. [1310 Dezember 12]

Ausfertigung als Notariatsinstrument (beschädigtes Pergament, Notariatszeichen des Johannes von Diest) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1310 novembre 14 lunga (früher Roncioni 648), SIAS-Nr. RON01185 (A). – Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 9v–10r (neu 11v–12r), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BONAINI, Acta Henrici VII. 1 (1877) S. 58–60 Nr. 46 [II] aus (A). – MGH Const. 4 I (1906) S. 408f. Nr. 464 [II] nach BONAINI.

BÖHMER/PENTH/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00770.

Randnotiz: [de] fidelitate hominum [Casa]l[is] sancti Vasi.

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, fol. 9v–10r blieben dafür frei. – Der Beginn der Ortsbezeichnung ist durch Beschnitt der Seite bis auf ¼ verloren.

8.

Treueid der Bevollmächtigten der Kommune Vercelli mit anschließender Wiedergabe der Syndikatsurkunde.

1310 Dezember 16, Vercelli

Ausfertigung als Notariatsinstrument, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 6.b (21), seit 1961 vermisst, als das Stück für eine Ausstellung nach Vercelli ausgeliehen wurde (A1). – Eintrag im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 13r, ebd., Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 ohne die Syndikatsurkunde und mit von (B) abweichendem Text (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 10v–11r (neu 12v–13r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

Die Syndikatsurkunde ist auch überliefert als Ausfertigung als Notariatsinstrument (stark beschädigtes Pergament, Notariatszeichen des Guizardo de Mussis) Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 6b (18) (A2).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 17 Nr. 14 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 446f. Nr. 489 aus (B) ohne die Syndikatsurkunde.

BÖHMER, Heinrich VII. (1844) Nr. 344. – BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020), Nrn. 00910 und 00908.

Randnotiz: [de f]idelitate [Verce]llarum

IN nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo tricentesimo decimo, inditione octava, die sextadecima^a mensis decembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici, Dei gratia Romanorum regis semper augusti, anno secundo. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti predicti in sede sue maiestatis sedentis convocatis ad sonum campane et voce preconis, ut moris est, consilio comuni et populo potestateque ac universitate civium civitatis Vercellarum maiori ac saniori parte ipsorum ibidem existente comparuerunt pro ipsis consilio, comuni et populo discreti viri domini Paxius de Cremona et Vuill(elm)us^b de Serrata iurisperiti syndici et procuratores universitatis comunis et populi civitatis Vercellarum predictae cum sufficienti mandato ad infrascripta facienda. Cuius auctoritate mandati supradicti syndici et procuratores syndinario et procuratorio nomine quo supra^c consilio, comuni et populo predictis fecerunt, promiserunt et iuraverunt eidem domino regi in animas predictorum consilii, comunis, populi et universitatis, quorum sunt syndici et procuratores, tactis euangeliiis sacrosanctis fidelitatem et iuramentum fidelitatis in modum, qui sequitur:

^a a, DOENNIGES quintadecima.

^b MGH Willelmus.

^c MGH ergänzt irrig in eckiger Klammer [presentibus].

Nos Paxinus de Cremona et Vuill(elm)us^d de Serrata, syndici et procuratores universitatis consilii, comunis et populi et hominum civitatis et districtus Vercellen(sis) ad hec specialiter constituti syndicario et procuratorio nomine ipsius universitatis comunis, populi et districtualium eiusdem civitatis et singulorum de ipsis civitate et districtu ac in eorum animas promittimus et iuramus ad hec sancta Dei euangelia vobis domino ipsorum domino Henrico Dei gratia serenissimo Romanorum regi semper augusto, quod ab hac hora in antea ipsi homines videlicet de civitate Vercellen(sis) eiusque districtu universaliter singuli et singulariter universi fideles et obedientes erunt vobis et Romano imperio. Non erunt in consilio vel facto, quod vitam perdatis aut membrum vel capiamini mala captione. Consilium quod eis per vos vel per alium credituri estis ad dampnum vestrum ipsis scientibus nemini pendent. Regnum et imperium Romanum eorumque regalia adiutores erunt vobis ad recuperandum, deffendendum et retinendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverint, quod verge-re posset in vestre lesionem maiestatis indetrimentum vel diminutionem honoris, domini vel status vestri seu regni et imperii predictorum illud pro posse impediunt. Et si forte impedire non poterunt, id quamprimum poterunt per se vel per eorum nuncium aut per litteras notificare curabunt. Hec et omnia alia et singula ad que domino suo tenetur verus fidelis et subditus vobis servabunt et facient bona fide.

Quod quidem fidelitatis sacramentum sic per dictos syndicos et procuratores factum in presencia comunis et populi predictorum ipsi omnis de comuni et populo supradictis ibidem presentes unanimiter et concorditer nomine suo et omnium et singulorum aliorum de districtu Vercellen(sis) ipsorum nemine discrepante ratificaveru[n]t^e et approbaverunt. Et promiserunt universa et singula supradicta per dictos syndicos et procuratores suos superius acta, iurata et promissa rata, grata et firma habere perpetuo et tenere et ea^f sic attendere, facere fideliter et complere. Acta sunt hec in civitate predicta in domo fratrum Predicatorum presentibus dominis Balduino^g archiepiscopo Treueren(sis), Castono archiepiscopo Medyal.^h, Gerardo Basiliens(is), Ay(mone) Geben(ensi) episcopis, Humberto electo Vercellen(sis), A(medeo) comite Sab(audie), Guydone de Flandria testibus ad hec vocatis et rogatis. Et ego Bernardus.

Forma vero sindicatus et mandati predictorum sindicorum per publicum instrumentum manu Guich(zar)di de Mussis notarii ac cancellarii comunis Vercellarum signatum et subscriptum ut prima facie apparebat talis est:

Inⁱ nomine Domini amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo tricentesimo decimo inditione^j octava, die sextadecima mensis decembris^k, convocata et congrata^l [!] credentia^m Vercellarum

^d *MGH* Willelmus.

^e *B* ratificavernt [!].

^f ea *fehlt in MGH*.

^g *MGH* Baldwino.

^h *MGH* Medyolanensi.

ⁱ *A2* IN.

^j *A2* indictione.

^k *A2* [die] Mercurii decimo s[e]x[to] men[sis] Decembris.

^l *A2* congregata.

in palatioⁿ dicti comunis ut mos est ad sonum campane et voce preconium de mandato nobilis militis domini Johannis de Concoiregzio potestatis Vercellarum ibidem predictus dominus potestas et credentarii eorum nominibus et tocius universitatis hominum civitatis Vercellarum et districtus fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et dicti comunis et hominum certos nuncios, syndicos^o et procuratores dominos Paxinum de Cremona et Guillelmum de Serrata iurisperitos^p et quemlibet^q eorum insolidum^r. Ita quod occupantis non sit melior conditio specialiter ad sese^s nomine quo supra presentandum in presentia magnifici domini Henrici serenissimi Romanorum regis predictis nominibus et ad faciendum ipsi domino regi fidelitatem de omnibus et singulis que exiguntur fieri secundum formam fidelitatis et ad iurandum in animam predictorum ipsi domino regi fidelitatem et ea omnia, que in sacramento et forma fidelitatis exiguntur. Et generaliter ad omnia alia facienda et^t exercenda et promittenda, que in predictis et circa predicta fuerint oportuna^u. Dantes et concedentes predictis syndicis^v et cui-libet eorum liberam et generalem administrationem in omnibus predictis et circa predicta ita quod quicquid dicti sindici vel alter eorum fecerint, iuraverint et promiserint, intelligatur venisse in presenti mandato ac si in presenti instrumento esset^w [!] facta mentio specialis etiam et si mandatum exigeret speciale. Promittentes predicti dominus potestas et credentarii eorum nominibus et vice et nomine predictorum comunis et hominum michi notario infrascripto recipienti nomine et a parte^x predicti serenissimi domini regis omnia et singula facta et gesta per predictos^y syndicos^z vel alterum eorum rata et firma perpetuo habere et tenere et contra non venire sub obligatione omnium bonorum dicti comunis. Et cum restitutione omnium dampnorum et expensarum que fient ipsa occasione. Renunciantes omni privilegio fori omnique testium probationi. Actum in palatio comunis Vercellarum coram testibus dominis Symone de Colubiano^{aa} avvocato, Symone de Arro et Jacobino de Calius civibus Vercellarum. Et sequitur subscriptio cum signo dicti notarii, qui talis est:^{bb} Ego Guichzardus de Mussis notarius ac cancellarius comunis Vercellarum hiis omnibus interfui scribi feci.^{cc}

^m *Dahinter in A2 c[i]vita[tis].*

ⁿ *A2 palacio.*

^o *A2 syndicos.*

^p *A2 iuris peritos.*

^q *A2 quelibet.*

^r *A2 in solidum.*

^s *A2 se se.*

^t *Fehlt in A2.*

^u *A2 opportuna.*

^v *A2 sindicis.*

^w *A2 esset.*

^x *A2 aparte.*

^y *A2 perpredictos.*

^z *A2 sindicos.*

^{aa} *A2 Colobiano.*

^{bb} *Et – est fehlt in A2.*

^{cc} *Forma – feci fehlt in MGH.*

9.

Belehnung, Huldigung und Treueid der Brüder Iacobinus und Percevallus de Palestro.

1310 Dezember 15, Vercelli

Knapper Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 11r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 11r–v (neu 13r–v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 14 Nr. 11 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 448f. Nr. 491 aus (B).

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00771.

IN nomine Domini amen. Anno et indicione quibus supra, die quintadecima mensis decembris, presentibus testibus infrascriptis, viri nobiles Iacobinus et Percevallus de Palestro fratres filii domini Boni Johannis de Palestro constituti personaliter in presencia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti de suis feudis, que tenent et tenere debent ab ipso domino rege et Romano imperio, ab eodem domino rege investituram humiliter postularunt. Qui quidem dominus rex eorum iustis precibus favorabiliter annuens ipsos fratres presentes et recipientes pro se suisque heredibus et successoribus de eorum iustis et antiquis feudis, que tenent a Romano imperio habent et possident et etiam de aliis, que tenere debent ab imperio, in quibus ius habent pro ea parte, quam in eis habent, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone, per virgam unam, quam in manu sua tenebat, retinuit et investivit. Dicti vero Iacobinus et Percevallus pro se, heredibus et successoribus suis flexis genibus ad osculum pedis homagium et fidelitatem eidem domino regi fecerunt in hunc modum: Nos Iacobinus et Percevallus de Palestro fratres promittimus et iuramus ad hec sancta Dei euangelia vobis serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusti, domino nostro precipuo, quod ab hac hora in antea^{dd} erimus fideles et obedientes vobis et sacro Romano imperio. Non erimus in consilio, facto, tractatu vel consensu, quod vitam aut membrum perdatis vel capiamini mala captione vel quod perdatis iura vel honorem imperii vel recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem. Consilium, quod nobis per vos vel per alium credituri estis ad dampnum vestrum nobis scientibus nemini pandemus. Regnum et imperium Romanum eorumque regalia adiutores erimus ad deffendendum, recuperandum et retinendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverimus, quod verge^{ee} posset in vestre lesionem maiestatis vel in detrimentum aut diminucionem honoris, domini vel status vestri seu regni et imperii predictorum, illud ad hec^{ff} ut non fiat pro posse nostro impediemus et si impedire non potterimus id quamprimum potterimus per nos vel per nuncium aut per litteras vobis significare curabimus et contra hec^{gg} facere volentem vobis pre-

^{dd} MGH inantea.

^{ee} MGH vergere.

^{ff} MGH hoc.

^{gg} MGH hoc.

stabilimus quodcumque poterimus auxilium et iuvamen. Consilium, quod a nobis petieritis secundum conscientias nostras bonum, iustum et utile vobis dabimus. Hec et alia, ad que vero domino suo tenetur fidelis et vassallus et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, promittimus vobis et Romano imperio fideliter observare, sic Deus nos adiuvet et hec sancta Dei euangelia. Acta sunt hec in civitate Vercellarum in domo, quam inhabitabat dictus dominus rex, presentibus dominis Balduino^{hh} Treveren(s), Castono Medyolan(ensi) archiepiscopis, Papiniano Parmen(s), Gerardo Basilien(s), Hugucione Novar(iensi) episcopis, Amedeo comite Sabaudie, Petro de Claromonte et magistro Henrico de Geldognia consiliariis domini regis testibus ad premissa vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

Iniunctumⁱⁱ est eis et ipsi sic promiserunt, quod infra unum mensem dicta feuda debeant coram notario domini consignare.

^{hh} *MGH* Baldwino.

ⁱⁱ *MGH* iniunctum.

10.

Belehnung, Lehnseid, Huldigung und Treueid des Martino di Robbio und seines Neffen Giacomo.

1310 Dezember 15, Vercelli

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 11r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 11v (neu 13v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 14f. Nr. 12 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 449f. Nr. 492 aus (B).

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00772.

Randnotiz: [de] fidelitate [Mar]tini et Jacobi [de] Rodobio

IN nomine Domini amen. Anno, die et loco quibus supra, eiusdem testibus. Ad supplicationem et petitionem Martini de Rodobio et Jacobi de Rodobio nepotis eius dictus dominus rex retinuit et investivit eos per traditionem unius virge, quam in manu tenebat, de suis iustis et antiquis feudis ^aque habent, possident et tenent ab imperio, et etiam de aliis que ab eodem imperio tenere debent in feudum^{ij}, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Qui quidem Martinus et Jacobus pro se, heredibus et successoribus suis fecerunt et prestiterunt fidelitatem et homagium ac iuramentum fidelitatis dicto domino regi et sacro Romano imperio modo et forma in omnibus et per omnia superius adnotatis et eodem modo promiserunt et iuraverunt ractis euangeliis sacrosanctis. – Ego Bernardus.

Iniunctum est eis et ipsi promiserunt, quod infra unum mensem debeant coram notario domini dicta feuda consignare.

^{ij} que habent – in feudum *fehlt in MGH.*

11.

Belehnung, Huldigung, Lehnseid und Treueid des Markgrafen Moroello Malaspina.

1310 Dezember 17, Vercelli

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 14r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 12r (neu 14r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 18 Nr. 15 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 449f. Nr. 493 aus (B).

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00773.

Randnotiz: de fidelitate domini Moruelli marchionis Malespine

IN nomine Domini amen. Anno et indicione quibus supra, die decimaseptima mensis decembris ad supplicationem et petitionem nobilis viri domini Moruellis^{kk} marchionis Malespine dictus dominus rex retinuit et investivit ipsum marchionem recipientem pro se suisque heredibus et successoribus per virguam unam quam in manu tenebat de suis iustis et antiquis feudis que ab ipso domino rege et a Romano imperio tenet, salvo iure suo et imperii et cuiuslibet alterius persone. Qui quidem dominus Moruellus marchio pro se suisque heredibus et successoribus universis fecit et prestitit eidem domino regi et sacro Romano imperio homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma in omnibus et per omnia superius adnotatis. Et eodem modo promisit et iuravit eidem domino regi tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis. Actum est hec Vercellis in domo proxime dicta presentibus dominis Balduino^{ll} archiepiscopo Treueren(s), Castono archiepiscopo Medyol(anensi), Girardo episcopi Basilien(s), Amedeo comite Sabaudie et Guydone de Flandria testibus ad hec vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

^{kk} MGH Moruelli.

^{ll} MGH Baldwino.

12.

Belehnung, Huldigung, Treueid und Lehnseid des Markgrafen Niccolò detto Marchesotto Malaspina für sich und als Vormund für seinen Neffen Bartolomeo.

1310 Dezember 17, Vercelli

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 14r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 12r (neu 14r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 18 Nr. 15 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 450 Nr. 494 aus (B).

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00774.

IN nomine Domini amen. Anno die et loco quibus supra, coram eisdem testibus, Nicholaus dictus Marquesotus marchio Malespine nomine suo et tutorio nomine Bartholomei nepotis sui fuit investitus per dictum dominum regem modo et forma quibus supra de suis et dicti Bartholomei iustis et antiquis feudis que tenent ab imperio salvis iuribus ipsius domini regis et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Et fecit, prestitit^{mm} et recognovit pro se et tutorio nomine quo supra et pro heredibus et successoribus suis et dicti Bartholomei eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma superius proxime adnotatis. Et eodem modo promisit et iuravit eidem domino regi tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis. – Ego Bernardus.

^{mm} MGH prestitit.

13.

Belehnung, Huldigung, Treueid und Lehnseid des Adligen Lancelotto, Sohn des verstorbenen Markgrafen Manfredo del Vasto.

1310 Dezember 17, Vercelli

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 14r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 12r (neu 14r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 18 Nr. 15 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 450 Nr. 495 aus (B).

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00776.

IN nomine Domini amen. Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus, vir nobilis dominus Lancelotus filius quondam^{mn} domini Manfredi marchionis de Bosto pro se, heredibus et successoribus suis fuit investitus per dominum regem modo et forma predictis de suis iustis et antiquis feudis, que tenet ab eodem domino rege et a Romano imperio, salvis iuribus ipsius domini regis et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Et fecit, prestitit et recognovit pro se et heredibus suis eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma superius proxime adnotatis. Et eodem modo promisit et iuravit eidem domino regi tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis. – Ego Bernardus.

^{mn} MGH condam.

14.

Belehnung, Huldigung, Treueid und Lehnseid der Ritter Guido de Viano und Guidarello del fu Francesco di Viano.

1310 Dezember 17, Vercelli

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 14r, Turin, AS, Sezion Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 12r (neu 14r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 18 Nr. 15 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 451 Nr. 496 aus (B).

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00775.

IN nomine Domini amen. Anno, die et loco quibus supra coram eiusdem testibus, dominus Guydo de Vyano miles et Guydarellus filius quondam^{oo} Francisci de Vyano pro se et heredibus suis fuerunt investiti per dominum regem modo et forma predictis de suis iustis et antiquis feudis, que tenent ab eodem domino rege et ab imperio, salvis suis et imperii iuribus et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Et fecerunt, prestiterunt et recognoverunt pro se, heredibus et successoribus suis eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma superius adnotatis. Et eodem modo promiserunt et iuraverunt eidem domino regi tactis corporaliter euangelis sacrosanctis. – Ego Bernardus.

^{oo} MGH condam.

15.

Der Adlige Lanzelotto, Sohn des verstorbenen Markgrafen Manfredo del Vasto, beweist vor König Heinrich und genannten Zeugen, dass er Burg und Dorf Molare und die Hälfte der Burg Predasco mit deren Umland und Gerichtsbarkeit von König und Reich als erbliches Lehen besitzt.

1310 Dezember 17, Vercelli

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 14r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 12v (neu 14v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 18 Nr. 15 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 451 Nr. 497 aus (B).

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00777.

IN nomine Domini amen. Anno, die et loco quibus supra, vir nobilis dominus Lancelotus filius quondam domini Manfredi marchionis de Bosto confessus fuit sollempniter et publice recognovit in presentia dicti domini regis et testium suprascriptorum se tenere et velle et debere tenere et se tenere constituit ab eodem domino rege et a sacro Romano imperio in feudum nobile, anticum et paternum, avitum et proavitum castrum et villam de Molari^{pp} dyocesis Aquen(sis) et medietatem castri Predaschi cum districtibus et iurisdictionibus^{qq} eorundem. – Ego Bernardus.

^{pp} MGH klammert das i am Wortende ein.

^{qq} MGH iuris dictionibus.

16.

Treueid [der Bevollmächtigten der Kommune Novara].

s. d. [1310 Dezember 20]

Ausfertigung als Notariatsinstrument (Pergament, Notariatszeichen des Johannes von Diest, angekündigtes Notariatszeichen des Bernardo de Mercato fehlt) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1310 dicembre 20 lunga (früher Roncioni 672), SIAS-Nr. RON01191 (A). – Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 12v–13r (neu 14v–15r), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BONAINI, Acta Henrici VII. 1 (1877) S. 104f. Nr. 74. – MGH Const. 4 I (1906) S. 455f. Nr. 501.

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00916.

Randnotiz: [de] fidelitate [...]ouariensis.

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, fol. 12v–13r blieben dafür frei.

17.

Huldigung und Treueid der Bevollmächtigten der Kommune Como.

1310 Dezember 24, Mailand

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 15v, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 13v (neu 15v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 20 Nr. 19 aus (a) und irrig mit Dezember 25.

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00918.

Randnotiz: [de] fidelitate [Cu]man(a)

IN nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indicione octava, die vicesima quarta mensis decembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno secundo per hec presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod nobiles et discreti viri domini Turquonus de Fontanella, Othonacanus legum professores, Guabrius et Mandrius milites de Laninariis syndici et procuratores et nuncii speciales comunis et populi civitatis Cumane habentes ad infrascripta speciale mandatum per publicum instrumentum in presentia supradicti domini regis personaliter constituti syndicario et procuratorio nomine predictorum comunis et populi confessi fuerunt sollempniter et publice recognoverunt prefatum dominum regem esse et esse debere suum et dicte civitatis et districtus Cuman. comunis, populi, hominum et districtualium eiusdem civitatis verum, legitimum, naturalem et precipuum dominum absque medio ipsam civitatem, districtum, comune, populum, homines et districtuales eius dicto domino regi et eius obedientie, dominio et omnimode iurisdictioni tamquam eorum regi et precipuo domino obtulerunt ad disponendum de eiusdem pro sue libito voluntatis homagiumque et fidelitatem et iuramentum fidelitatis syndicario et procuratorio nomine quo supra ipsi domino regi fecerunt et prestiterunt tactis corporaliter a quolibet eorum euangelii sacrosanctis in modum qui sequitur.

Nos Turquonus de Fonanella, Othonacanus legum professores, Guabrius et Mandrius milites de Laninariis^π syndici et procuratores et nuncii speciales comunis et populi civitatis Cumane promittimus et iuramus ad hec sancta Dei euangelia syndicario et procuratorio nomine predictorum comunis et populi et in animas omnium et singulorum eorundem vobis serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto, quod supradicti comune et populus civesque, homines et habitatores ac districtuales civitatis et districtus Cumarum universaliter singuli et singulariter universi erunt fideles, devoti et obedientes vobis et sacro Romano imperio. Non erunt in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam aut membrum perdatis aut capiamini mala captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam, vel quod aliquod ius vel honorem regni et imperii

^π oder: Lauinariis?

Romani, que nunc habetis vel in posterum habebitis perdatis. Consilium quod eis per vos vel per alium credituri estis ad dampnum vestrum scienter nemini pendent. Regnum et imperium Romanum earumque regalias adiutores erunt vobis ad recuperandum, retinendum et manutendum toto suo posse contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverit, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse suo impedient. Et si impedire non poterunt, id quamprimum poterunt per se vel per nuncium aut per litteras vobis manifestabunt. Et si guerram contra quam habueritis pro iuribus et honoribus imperii et vestris de ipsa guerra toto posse suo vos iuvabunt quociens generaliter vel specialiter super hec fuerunt requisiti. Consilium quod ab eis petieritis secundum conscientias suas bonum, iustum et utile vobis dabunt. Hec et omnia alia ad que verum fidelis et subditus tenetur domino suo vero et legitimo domino tenetur et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur vobis et Romano imperio prestabunt, facient et fideliter observabunt sic ipsos et nos Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum est hec in civitate Mediolan. in aula domini archiepiscopalis presentibus dominis Papiniano Parmen(s), Aymone Geben(ensi), Henrico Tridentino episcopis, Amedeo comiti Sabaud(ie), Guydo et et [!] Henrico de Flandria fratribus et Mainfredo marchione Salutarum et pluribus aliis testibus ad hec vocatis rogatis.

18.

Syndikatsurkunde von Como.

s. d. [1310 Dezember 21]

Ausfertigung als Notariatsinstrument (Pergament, Notariatszeichen de Fomasolus de Macio) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1310 dicembre 21 lunga (ehemals Roncioni 783), SIAS-Nr. RON001178 (A). – Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 14r (neu 16r), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BONAINI, Acta Henrici VII. 1 (1877) S. 106f. Nr. 75 aus (A).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00917.

Randnotiz: de syndicatu Cuman(ae).

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, fol. 14r blieb dafür frei.

19.

Belehnung, Huldigung, Lehnseid und Treueid von Arduino di Mercenasco, Graf von Valperga, Conraldus, Sohn des verstorbenen Herrn Trinquerius de Buedio, und Thadeus, Sohn des verstorbenen Herrn Montanario di Montanaro sowie Bonifacio d'Orio [Canavese].

1310 Dezember 19, [Novara]

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 16r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 14v (neu 16v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 20f. Nr. 20 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 459f. Nr. 506 aus (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00913.

Randnotiz: [d]e fidelitate [A]rduyni comitis Valpergie, [C]onradi de Buedio, [T]hadei de Montenario, [B]onifacii de Orio

IN nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo tricentesimo decimo, indictione^{ss} octava, die decima nona mensis decembris, pontificatus et regni predictorum anno predicto, Arduynus de Marzonasco comes Valpergie, Conraldus filius quondam domini Trinquerii de Buedio, Thadeus filius quondam domini Montenarii de Montenario, Bonifacius de Orio in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constituti supplicaverunt humiliter eidem domino regi, ut ipsos et eorum quemlibet de suis feudis, que tenent ab imperio, investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex ipsorum devotis supplicationibus favorabiliter annuens ac disponens unicuique tribuere quod est suum ipsos et eorum quemlibet recipientes pro^{tt} et suis heredibus et successoribus legitimis de suis iustis et antiquis feudis, que ab eodem domino rege habent et tenent, retinuit et investivit de plenitudine regie potestatis salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Ipsi vero Conraldus, Thadeus, Bonifacius et Arduinus^{uu} quilibet eorum pro se et heredibus suis et successoribus suis legitimis fecerunt, prestiterunt et recognoverunt homagium et fidelitatem eidem domino regi et iuramentum fidelitatis quilibet^{vv} [!] ipsorum eidem domino regi prestitit in modum qui sequitur tactis corporaliter euangelii sacrosanctis:

Ego iuro ad hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora in antea ero fidelis devotus et obediens vobis domino meo legitimo et precipuo domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam, membrum, honorem vel iura imperii perdatis vel quod capiamini mala captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam.

^{ss} MGH indictione.

^{tt} MGH ergänzt das fehlende [se].

^{uu} Vor Conraldus und bei Arduinus jeweils ein π über der Zeile als Zeichen zur Umstellung der Reihenfolge der Namen. Hier sind die Namen in der ursprünglichen Reihenfolge angeordnet.

^{vv} MGH quilibet.

Consilium quod michi per vos vel per alium crediturus estis ad dampnum^{ww} vestrum me sciente nemini pandam. Regnumque et imperium Romanum et eorum regalia adiutor ero vobis toto posse meo ad recuperandum, retinendum et manutenendum contra omnem hominem^{xx}. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, ad hoc ut non fiat illud pro posse meo impediam. Et si impedire non pottero [!], id quamprimum pottero [!] vobis per me vel per nuncium aut per litteras manifestabo. Et si guerram habueritis contra quamcumque personam pro honore, iuribus et regaliis vestris et imperii, de ipsa vobis toto posse meo auxilium prestabo. Consilium quod a me petieritis bonum, iustum et utile secundum conscientiam meam vobis dabo. Hec et alia, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis faciam et fideliter observabo, sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum est hoc in civitate Medyolani in domo archiepiscopali presentibus dominis Balduino^{yy} Treueren(s)i, Castono Medyolan(ensi) archiepiscopis, Papiniano episcopo Parmen(s)i, Amedeo comite Sabaudie, Lupollo duce Austrie, Uualerano^{zz} fratre dicti domini regis, Guydone de Flandria, Moruello marchione Malespine et pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

^{ww} *MGH irrig* detrimentum.

^{xx} *MGH* cum omni honore.

^{yy} *MGH* Baldwino.

^{zz} *MGH* Walerano.

20.

Belehnung, Huldigung, Lehnseid und Treueid des Bischofs Egidio dell'Acqua von Lodi.

1310 Dezember 19, [Novara]

Verkürzter Eintrag im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 16r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a1). – Durchgestrichenes Fragment einer Imbreviatur ebd., fol. 14r (a2). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 15r (neu 17r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 21 Nr. 21 aus (a1). – MGH Const. 4 I (1906) S. 457f. Nr. 503 aus (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00914.

IN nomine Domini amen. Anno et indicione, die et loco quibus supra coram eisdem testibus venerabilis in Christo pater dominus Egidius episcopus Lauden(sis) in presentia supradicti domini regis personaliter constitutus humiliter supplicavit eidem domino regi, ut ipsum de suis feudis, que tenet ratione ecclesie sue Lauden(sis) ab eodem domino rege et sacro Romano imperio, investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex ipsius episcopi devotis supplicationibus favorabiliter annuens ac disponens unicuique tribuere quod est suum ipsum episcopum presentem stipulantem et recipientem nomine suo et nomine ecclesie Lauden(sis) predicte tamquam fidelem vassallum et principem suum et imperii de suis iustis et antiquis feudis que ipse episcopus et memorata Laud(ensis) ecclesia habent et tenent ab imperio salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone per ceptum regale, quod in manu tenebat, retinuit et investivit de plenitudine regie potestatis. Ipse vero episcopus nomine quo supra ut fidelis vassallus et princeps ipsius domini regis et imperii fecit, prestitit et recognovit eidem domino regi et Romano imperio homagium et fidelitatem ac fidelitatis sacramentum prepositis coram eo euangeliis sacrosanctis tenendo manum dexteram ad pectus in hac forma:

Ego Egidius permissione divina Lauden(sis) ecclesie episcopus nomine meo et ecclesie Lauden(sis) predicte tamquam fidelis vassallus et princeps vestri serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et Romani imperii promitto vobis et iuro per hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora in antea^a fidelis ero vobis et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam, membrum, honorem vel iura imperii perdatis vel capiamini mala captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam. Consilium quod michi per vos vel per alium crediturus estis ad dampnum vestrum me sciente nemini pandam regnumque et Romanum imperium et eorum regalia adiutor ero vobis ad recuperandum, retinendum et manutenendum. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset ad detrimentum et diminucionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro

^a MGH in antea.

posse meo impediam. Et si impedire non pottero [!], id quamprimum potero per me vel per nuncium aut per litteras vobis manifestare curabo. Consilium quod a me petieritis secundum conscientiam meam bonum, iustum et utile vobis dabo. Hec et alia, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis et Romano imperio faciam et observabo fideliter, sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia coram me preposita.

Confiteor insuper me nomine quo supra tenere et velle et debere tenere et me tenere constituo in feudum gentile, nobile et anticum a vobis [dict]o domino rege et Romano imperio iurisdictionem, quam habeo in singulis personis masculis et femellis tocius civitatis et districtus Laudensis ac in portis, turribus et^a muris eiusdem civitatis. Item iurisdictionem quam habeo in castro et villa de Castiono^b, et in castro et villa de Galgagnano et in villa Archagne et in illa parte Gamurre, que est in eadem curte syta [!], et in castro et villa Sancti Martini in strata, et in castro et villa Cauenagii^c cum lacu, et in castro et villa Coctunei, et in castro Ronqui, et in aqua Lambra^d sicut tenet ex utraque rippa [!], et in castro et villa de Orio, et in castro et villa de Luniraga^e. Et in predictis castris recognosco me tenere in feudum a vobis et imperio honorem curtis. Item lacum de Barrilis, qui iacet inter curtem Sancti Floriani et Flumpi. Item redditum auri in curte Galgagnani et curte Cauanacii^f. – Ego Bernardus.

^a *Klein über der Zeile; fehlt in MGH.*

^b *MGH Castione.*

^c *al Cauenagii.*

^d *al, MGH Lambri.*

^e *MGH Luviraga.*

^f *al Cauanatii.*

Fol. 15v–20v (nach der Zählung von Bernardo de Mercato in römischen Zahlen) sind leer. Die neue Zählung, in arabischen Zahlen, überspringt diese Leerseiten und geht auf fol. 21r (römisch) mit fol. 18r (arabisch) weiter.

ANNO : DOMINI : MILLESIMO : TRICENTESIMO : UNDECIMO : INDICIONE : NONA

21.

Vorlage der Syndikatsurkunde der Bevollmächtigten von Crema.

1310 Dezember 26, Mailand

Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 21r (neu 18r), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00921.

Randnotiz: vacat et seq(uit)ur

IN nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, vicesima sexta die mensis decembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno secundo. Discreti viri Johaninus filius quondam Viuiani Alpherii et Guicardus filius quondam domini Lanifranchi de Castell(ion)e, syndici et procuratores comunis, populi, hominum et habitatorum Creme in presencia regie maiestatis serenissimi principis domini Henrici regis predicti personaliter constituti obtulerunt coram ipso domino rege quoddam publicum instrumentum manu Zonanini de Vilmercate et Guillelmi Draconi notariorum subscriptum signisque eorum signatum, ut prima facie apparebat, cuius tenor talis est: Anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona.

Der Rest der Syndikatsurkunde fehlt.

22.

Treueid der Bevollmächtigten der Kommune Crema.

1310 Dezember 26, Mailand

Stark verkürzter Eintrag im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 16r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 21r–v (neu 18r–v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 21 Nr. 22 aus (a).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00922.

Randnotiz: de fidelitate Creme

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indictione nona, vicesimasexta die mensis decembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno secundo. Discreti Johanninus filius quondam Viviani^a Alpherii et Guycardus filius quondam domini Lanfranchi^b de Castellione^c, syndici et procuratores comunis, populi, hominum et habitatorum Creme in presencia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constituti, habentes ad infrascripta speciale mandatum per publicum instrumentum, syndicario et procuratorio nomine predictorum comunis, populi, hominum et districtualium dicti loci confessi fuerunt sollempniter et publice recognoverunt, prefatum dominum regem esse et esse debere suum et dicte terre Creme et districtus, comunis, populi, hominum et districtualium eiusdem terre verum, legitimum, naturalem et precipuum dominum absque medio, ipsam terram, districtum, comunem, populum, homines et districtuales eius eidem domino regi et eius mandatis et obedientie, dominio et omnimode iurisdictioni tamquam tamquam [!] eorum regi et precipuo domino totaliter offerentes ad disponendum de eisdem pro sue libito voluntatis homagiumque et fidelitatem et iuramentum fidelitatis syndicario et procuratorio nomine quo supra eidem domino regi fecerunt, prestiterunt et recognoverunt tactis corporaliter a quolibet eorum sacrosanctis euangeliis in hunc modum:

Nos Johanninus filius quondam Viviani^d Alpherii et Guycardus filius quondam domini Lanfranchi^e de Castellione^f syndici et procuratores et nuncii speciales comunis et populi Creme promittimus vobis serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto syndicario et procuratorio nomine omnium et singulorum hominum de dicta terra Creme, comuni et populo eiusdem ac districtualium suorum et iuramus ad hec sancta Dei euangelia in animas eorum omnium et singulorum, quod ipsi omnes universaliter, singuli et sin-

^a a Vuymani oder Vuyniani?; *DOENNIGES* Vuymani.

^b a, *DOENNIGES* Lanfranchii.

^c a, *DOENNIGES* Castelle.

^d a Vuymani oder Vuyniani?; *DOENNIGES* Vuymani.

^e a, *DOENNIGES* Lanfranchii.

^f a, *DOENNIGES* Castelle.

gulariter universi erunt fideles, devoti et obedientes vobis et sacro Romano imperio. Non erunt in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam aut membrum perdatis aut capiamini mala captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam, vel quod aliquod ius vel vel [!] honorem regni et imperii Romani, que nunc habetis vel in posterum habebitis, perdatis. Consilium quod eis per vos vel per alium crediturus estis ad dampnum vestrum scienter nemini pendent. Regnum et imperium Romanum eorumque regalias adiutores erunt vobis ad recuperandum, retinendum et manutenendum toto posse suo contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverint, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse suo impedient. Et si impedire non potterunt [!], id quamprimum potterunt [!] per se vel per nuncium aut per litteras vobis manifestabunt. Et si guerram contra quemcumque habueritis pro iuribus et honoribus imperii et vestris, de ipsa guerra toto posse suo vos iuvabunt quociens generaliter vel specialiter super hoc fuerunt requisiti. Consilium quod ab eis petieritis secundum conscienciam suam bonum, iustum et utile vobis dabunt. Hec et omnia alia, ad que verus fidelis et subditus tenetur domino suo vero et legitimo et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis et Romano imperio fideliter facient et prestabunt ac eciam observabunt, sic ipsis et nos Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum est hoc in civitate Medyolani in palatio dicti domini regis in camera eius presentibus dominis Balduino archiepiscopo Treueren(si), Henrico episcopo Tridentino, Amadeo comite Sabaud(ie), Lupollo duce Austrie^a, Guydone de Flandria, Henrico fratre eius, Guydone delphini, Berardo Layolii de Ast et pluribus aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

^a a duce Lupillos; *DOENNIGES* duce Lupellos.

23.

Syndikatsurkunde von Crema (?).

s. d.

Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 21v (neu 18v), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00920.

Randnotiz: [de] syndicatu [Cre]me.

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, die untere Hälfte von fol. 21v (neu 18v) und das obere Drittel von fol. 22r (neu 19r) blieben dafür frei.

24.

Treueid des Bevollmächtigten von Bergamo.

1310 Dezember 26, Mailand

Ausfertigung als Notariatsinstrument (Pergament, Notariatszeichen des Johannes von Diest) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1311 [!] dicembre 26 lunga (früher Roncioni 688), SIAS-Nr. RON01208 mit von (B) abweichendem Text (A). – Knapper Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 16v, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 22r–v (neu 19r–v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

*DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 21 Nr. 23 aus (a). – LUPO, Due diplomi (1903) S. 194–196 Nr. 2 aus (A). – MGH Const. 4 I (1906) S. 476–478 Nr. 516 aus (A) und in Fn. *) aus (a).*

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00785.

Das Notariatsinstrument von Johannes von Diest (A) weicht im Wortlaut so stark vom Registereintrag ab, dass es nicht im Variantenapparat erfasst wurde, um diesen nicht zu überfrachten.

Randnotiz: de fidelitate Pergami

IN nomine Domini amen. Anno, die et loco quibus supra coram eisdem testibus. Guillelmus filius quondam domini Johannis de Alcheriis, syndicus et procurator comunis et populi civitatis Pergami syndicario et procuratorio nomine eorundem habens ad infrascripta speciale mandatum per publicum instrumentum in presentia dicti domini regis personaliter constitutus syndicario et procuratorio nomine predictorum comunis et populi confessus fuit sollempniter et publice recognovit prefatum dominum regem esse et esse debere suum et dicte civitatis Pergami et totius districtus eius, comunis et populi, hominum et districtualium eiusdem civitatis verum, legitimum, naturalem et precipuum dominum absque medio, ipsam civitatem, districtum, comunem, populum, homines et districtuales eius eidem domino regi et eius mandatis et obedientie, dominio et omnimode iurisdictioni tamquam suo regi et domino precipuo totaliter offerendo ad disponendum de eisdem pro sue libito voluntatis homagiumque et fidelitatem et iuramentum fidelitatis syndicario et procuratorio nomine quo supra ipsi domino regi fecit, prestitit et recognovit in modum qui sequitur, tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis:

Ego Guillelmus filius quondam domini Johannis de Alcheriis syndicus et procurator comunis et populi civitatis Pergami promito [!] vobis serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et iuro ad hec sancta Dei euangelia syndicario et procuratorio nomine omnium et singulorum de dicta civitate, comunis et populi et districtualium eiusdem civitatis et in animas eorum, quod ipsi comune, populus, cives et districtuales universaliter singuli et singulariter universi erunt fideles, devoti et obedientes vobis et sacro Romano imperio. Non erunt in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam aut membrum perdatis aut capiamini mala captione, vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam, aut quod aliquod ius vel honorem regni vel imperii, quod nunc habetis vel in posterum habebitis, perdatis. Consilium quod eis per vos vel per alium

crediturus estis, ad dampnum vestrum scienter nemini pudent. Regnum et imperium Romanum eorumque regalias adiutores erunt vobis toto posse suo ad recuperandum, retinendum et defendendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverint, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse suo impedient. Et si impedire non poterunt, id quamprimum poterunt vobis manifestabunt. Et si guerram contra quemcumque habueritis pro iuribus et honoribus imperii et vestris, de ipsa guerra toto posse vos iuvabunt quociens generaliter aut specialiter fuerint requisiti. Consilium quod ab eis petieritis secundum conscientias suas bonum, iustum et utile vobis dabunt. Hec et omnia alia verus fidelis et subditus tenetur domino suo vero et legitimo [!] et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur vobis et Romano imperio prestabunt et facient et fideliter observabunt, sic ipsos et nos Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia. – Ego Bernardus.

25.

Syndikatsurkunde von Bergamo.

s. d. [1310 Dezember 19]

Ausfertigung als Notariatsinstrument von der Hand des öffentlichen Notars Rogerius de Gorgulaco auf Bitten des Bergamasker Notars Riboldo de Riboldis und der Kommune Bergamo (leicht beschädigtes Pergament mit 2 Notariatszeichen) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1310 dicembre 19 lunga (früher Roncioni 671), SIAS-Nr. RON01176 (A). – Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 22v (neu 19v), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BONAINI, Acta Henrici VII. 1 (1877) S. 102f. Nr. 73.

BÖHMER/PENTH, Heinrich VII. (2020) Nr. 00781.

Randnotiz: [de] syndicator [Per]gami.

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, die untere Hälfte von fol. 22v (neu 19v) blieb dafür frei.

26.

Huldigung, Lehnseid und Treueid des Bevollmächtigten der Komune Piacenza.

1310 Dezember 28, Mailand

Ausfertigung als Notariatsinstrument (stark beschädigtes Pergament, Notariatszeichen des Johannes von Diest) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1310 dicembre 28 lunga (früher Roncioni 690), SIAS-Nr. RON01201 mit stark von (B) abweichendem Wortlaut (A). – Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 17v, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 23r (neu 20r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 23 Nr. 25 aus (a). – BONAINI, Acta Henrici VII. 1 (1877) S. 109–112 Nr. 78 aus (A).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00925.

Das Notariatsinstrument von Johannes von Diest (A) weicht im Wortlaut so stark vom Registereintrag ab, dass es nicht im Variantenapparat erfasst wurde, um diesen nicht zu überfrachten. Lediglich der abweichende Name des Syndicus wurde aufgenommen.

Randnotiz: de fidelitate Placentie

IN nomine Domini amen. Anno, indicione, pontificatu et regno quibus supra, die vicesima octava mensis decembris. Obertinus^a Germanus notarius, syndicus et procurator comunis et populi civitatis Placen(tie) procuratorio nomine ipsorum in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constitutus habens ad infrascripta a dictis comuni et populo speciale mandatum per publicum instrumentum confessus fuit sollempniter et publice recognovit prefatum dominum regem esse et esse debere suum et dicte civitatis, districtus, comunis et populi Placentie verum, naturalem, legitimum et precipuum dominum absque medio, ipsam civitatem, districtum, comune, populum, homines et districtuales eiusdem ipsi domino regi tamquam regi et domino eorum et eius mandatis, obedientie, dominio et omnimode iurisdictioni totaliter [!] offerendo ad disponendum de eisdem pro sue libito voluntatis, homagiumque et fidelitatem ac iuramentum fidelitatis syndicario et procuratorio nomine predictorum et in eorum animas ipsi domino regi fecit, prestitit et recognovit in modo qui sequitur, tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis:

Ego Obertinus^b Germanus notarius syndicus et procurator comunis et populi civitatis Placentie promitto vobis serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et iuro ad hec sancta Dei euangelia syndicario et procuratorio nomine omnium predictorum et in animas eorum, quod ipsi comune, populus, cives et districtuales universaliter singuli et singulariter universi erunt fideles et obedientes vobis et sacro Romano imperio. Non erunt in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam aut membrum perdatis aut capiamini mala captione, vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam aut

^a A Obertus.

^b A Obertus.

contumeliam, vel quod aliquod ius vel honorem regni et imperii Romani, que nunc habetis vel in posterum habebitis perdatis. Consilium quod eis per vos vel per alium eis credituri estis ad dampnum vestrum scierit nemini pandent. Regnum et imperium Romanum et eorum regalia adiutores erunt vobis ad recuperandum, retinendum, manutenendum et defendendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverint, quod posset vergere ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri, regni et imperii Romani, illud ad hoc ut non fiat pro posse suo impedient. Et si impedire non poterunt, id quamprimum poterunt vobis manifestabunt. Et contra quoscumque hec facere volentes prestabunt vobis omne quod poterunt auxilium et iuvamen. Et si guerram contra quasvis personas habueritis pro iuribus et honoribus vestris regni et imperii Romani, de ipsa guerra toto posse vos iuvabunt quociens generaliter aut specialiter super hoc fuerint requisiti. Consilium quod ab eis petieritis secundum conscientias suas bonum, iustum et utile vobis dabunt. Hec et omnia alia, ad que verus fidelis et subditus domino suo vero, legitimo et precipuo tenetur, vobis et imperio servabunt et facient bona fide et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, sic ipsos et me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum est hoc in civitate Mediolani in palatio domini regis in eius camera, presentibus dominis Balduino archiepiscopo Treueren(sic), Theobaldo Leodien(sic), Papiniano Parmen(sic) episcopis, Uualerano fratre dicti domini regis, Philippono comite de Langusco, Andrea de Guarretis, Berardo Layolii de Ast et magistro Henrico de Geldognia testibus ad premissa vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

27.

Syndikatsurkunde von Piacenza.

s. d.

Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 23v (neu 20v), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00924.

Randnotiz: [de] syndicatu [P]lacentie.

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, fol. 23v (neu 20v) blieb dafür frei.

28.

Treueid der Bevollmächtigten der Kommune Mailand.

s. d. [1310 Dezember 28, Mailand]

Ausfertigung als Notariatsinstrument (beschädigtes Pergament, Notariatszeichen des Johannes von Diest) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1311 [!] dicembre 28 lunga (früher Roncioni 691), SIAS-Nr. RON01203 (A). – Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 17v, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 24r, ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 23 Nr. 26 aus (a). – BONAINI, Acta Henrici VII. 1 (1877) S. 112f. Nr. 79 aus (A). – MGH Const. 4 I (1906) S. 463f. Nr. 510 aus (A).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00927.

Randnotiz: de fidelitate Medyolani

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, fol. 24r–v blieben dafür frei; bei der modernen Foliierung wurden sie übergangen.

29.

Treueid der Visconti von Invorio und Massino.

1311 Januar 2, Mailand

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 17v, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 25r (neu 21r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 23 Nr. 27 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 482f. Nr. 523 aus (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00931.

Randnotiz: De fidelitate vicecomitum de Yuorio et de Masino.

IN nomine Domini amen. Anno, inditione et loco quibus supra, die secunda mensis Januarii presentibus testibus infrascriptis. Henricus filius quondam Lanterii, Angelus filius quondam^c Pauli, Matheus filius Henrici, Julyanus filius quondam Massequini, Ardichinus filius Petri vicecomites de Yuorio, Bertrandus dictus Anania^d, Polinus filius quondam^e Henrici, Albertus filius quondam Guillelmi et Girardinus filius quondam^f Vfredi vicecomites de Masino in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constituti, quilibet eorum pro se et heredibus suis^g et successoribus suis legitimis petierunt humiliter ab eodem domino rege, ut de suis iustis et antiquis feudis, que tenent ab eodem domino rege et imperio, ipsos et quemlibet ipsorum investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex eorum devotis precibus favorabiliter annuens ac disponens tribuere unicuique^h quod est suum, ipsos et quemlibet eorum de suis iustis et antiquis feudis, que tenent ab eodem domino rege et imperio salvo iure suo et imperii retinuit et investivit et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Ipsi vero Henricus, Angelus, Matheus, Julyanus, Ardichinus, Bertrandus, Polinus, Albertus et Girardinus omnes et eorum quilibet proⁱ et heredibus et successoribus suis predictis fecerunt, prestiterunt et recognoverunt eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis tactis a quolibet ipsorum euangeliis sacrosanctis in hunc modum:

Ego iuro ad hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora in antea ero fidelis, devotus et obediens vobis domino meo legitimo et precipuo, domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam, membrum, honorem vel iura imperii perdatis vel quod capiamini mala

^c MGH condam.

^d Mit zwei Punkten unter dem zweiten n als Tilgungszeichen, MGH Anania.

^e MGH condam.

^f MGH condam.

^g Mit vier Punkten unter suis als Tilgungszeichen.

^h MGH unicuique tribuere.

ⁱ Fehlt se; in MGH in eckiger Klammer eingefügt [se].

captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam. Consilium quod michi per vos vel per alium crediturus estis, ad dampnum vestrum scienter nemini pandam, regnumque et imperium Romanum et eorum regalia adiutor ero vobis toto posse meo ad recuperandum, retinendum et manutenendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset ad detrimentum et^j ad^k diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse meo impediam. Et si impedire non pottero [!], id quamprimum pottero [!] vobis per me vel per nuncium aut per literas manifestabo. Et si guerram habueritis contra quamcumque personam pro honore, iuribus et regaliis vestris et imperii, de ipsa vobis toto posse meo auxilium prestabo. Consilium quod a me petieritis, secundum conscientiam meam bonum, iustum et utile vobis dabo. Hec et alia ad que verus vassallus, fidelis et subditus domino suo vero, legitimo et precipuo tenetur et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur vobis fideliter observabo, sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum ut supra presentibus dominis Castone archiepiscopo Medyolan(ensi), Guydone de Flandria, Guydone delphini et Salvio de Pelacano de Parma testibus ad premissa vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

Iniunctum est eis, quod infra unum mensem debeant feuda predicta coram notario domini consignare.

^j Et über der Zeile nachgefügt.

^k Zwei Punkte unter ad als Tilgungszeichen; ad fehlt in MGH.

30.

Belehnung, Huldigung, Lehnseid und Treueid des Mailänder Bürgers Ritter Guglielmo Pusterla.

1310 Dezember 31, Mailand

Vermerk im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato, fol. 18v, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 25v (neu 21v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici 1 (1839) S. 24 Nr. 29 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 481f. Nr. 522 aus (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00929.

Randnotiz: [de] fidelitate domini [Guil]lelmi de Pusterla

IN nomine Domini amen. Anno, inditione et loco quibus supra, die tricesima prima mensis decembris, coram testibus infrascriptis. Vir nobilis dominus Guillelmus de Pusterla miles, civis Medyalani [!], in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constitutus supplicavit humiliter ipsi domino regi, ut de suis iustis et antiquis feudis ipsum dominum Guillelmum investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex ipsius domini Guillelmi iustis supplicationibus¹ favorabiliter annuens ac disponens unicuique tribuere quod est suum, ipsum dominum Guillelmum presentem et recipientem pro se suisque heredibus et successoribus legitimis per tradicionem unius virge, quam in manu sua tenebat, ut moris est, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone retinuit et investivit. Dictus vero dominus Guillelmus recepta investitura predicta fecit, prestitit et recognovit eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis tactis corporaliter sacrosanctis euangeliiis in hunc modum:

Ego Guillelmus de Pusterla, civis Medyal(ani), pro me, heredibus et successoribus meis legitimis promitto vobis domino meo legitimo et precipuo, domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et iuro ad hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora in antea ero fidelis, devotus et obediens vobis et successoribus vestris Romanis regibus et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam vel membrum, honorem, iura vel regalia imperii perdatis aut capiamini mala captione aut quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam. Consilium quod michi per vos vel per alium crediturus estis ad dampnum vestrum scienter nemini pandam, regnumque et imperium Romanum et eorum regalia adiutor ero vobis toto posse meo ad recuperandum, retinendum et manutenendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset at detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse meo impediam. Et si impedire non pottero [!], id quamprimum pottero [!] vobis per me vel per nuncium aut per litteras manifestabo. Et si guerram habueritis contra

¹ MGH ergänzt das zweite p in eckiger Klammer: sup[p]licationibus.

quamcumque personam pro honore, iuribus et regaliis vestris et imperii, de ipsa vobis toto posse meo auxilium prestabo. Consilium quod a me petieritis, quod magis vobis et imperio expediens credam fideliter secundum conscientiam meam vobis dabo. Hec et alia ad que verus fidelis vassallus et subditus domino suo vero, legitimo et precipuo teneretur^m et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis et Romano imperio faciam et observabo fideliter, sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum anno, die et loco quibus supra, presentibus dominis Balduinoⁿ archiepiscopo Treveren(s)i, Theodoro marchione Montisferrati, Theobaldo episcopo Leodien(s)i, Hugone delphini et Henrico de Flandria testibus ad premissa vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

Iniunctum est ei, quod infra unum mensem debeat dicta feuda coram notario domini consignare.

^m *MGH* tenetur.

ⁿ *MGH* Baldwino.

31.

Treueid des Bevollmächtigten der Kommune Cremona.

1311 Januar 4, Mailand

Ausfertigung als Notariatsinstrument (Pergament, Notariatszeichen des Johannes von Diest) Pisa, AS, Diplomatico Roncioni 1311 gennaio 4 lunga (früher Roncioni 695), SIAS-Nr. RON01205 mit von (B) abweichendem Text (A). – Verkürzter Eintrag im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 18v, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Eintrag im Register des Bernardo de Mercato fol. 26r–v (neu 22 r–v), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 25 Nr. 30 aus (a). – BONAINI, Acta Henrici VII. 1 (1877) S. 117–119 Nr. 82 aus (A). – MGH Const. 4 I (1906) S. 489–491 Nr. 532 aus (A).

BÖHMER, Heinrich VII. (1844) Nr. 353. – ASTEGIANO, Codex diplomaticus Cremonensis 2 (1898) S. 19 Nr. 129. – BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00935.

Randnotiz: de fidelitate Cremone

IN nomine Domini amen. Anno et indicione quibus supra, die quarta mensis Januarii, coram testibus infrascriptis. Discretus vir Ribaldinus^o de Auenaria^p, civis Cremone, syndicus et procurator comunis et populi civitatis Cremone, habens ad infrascripta plenam, generalem et liberam potestatem ac speciale mandatum, prout patet per quoddam publicum instrumentum manu Franceschini^q de Piceriis^r publici notarii confectum et signatum, ut prima facie apparebat, in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constitutus syndicario et procuratorio nomine predictorum comunis et populi, hominum et districtualium dicte civitatis confessus fuit sollempniter et publice recognovit prefatum dominum regem esse et esse debere suum et dicte civitatis et districtus comunis et populi, hominum et districtualium eiusdem civitatis verum, legitimum naturalem et precipuum dominum absque medio, ipsam civitatem, districtum, comunem, populum, homines et districtuales eius eidem domino regi et eius mandatis et obedientie, dominio et omnimode iurisdictioni tamquam eorum regi et precipuo domino totaliter offerendo ad disponendum de eisdem pro sue libito voluntatis, homagiumque et fidelitatem et iuramentum fidelitatis syndicario et procuratorio nomine quo supra ipsi domino regi fecit, prestitit et recognovit prefatus syndicus tactis ab ipso corporaliter sacrosanctis euangeliis in hunc modum:

Ego Ribaldinus^s de Auenaria^t, civis Cremone, syndicus et procurator comunis et populi civitatis Cremone syndicario et procuratorio nomine omnium et singulorum de comuni et populo ipsius civitatis et districtus et in animas eorum promitto et iuro ad hec sancta Dei euangelia vo-

^o A, MGH Ribaldus.

^p A Auenariis; MGH Avenariis.

^q A Fracischini; MGH Francischini.

^r A, MGH Pisseriis.

^s A, MGH Ribaldus.

^t A Auenariis; MGH Avenariis.

bis serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto, quod comune, populus, homines et districtuales civitatis Cremonae universaliter singuli et singulariter universi erunt fideles, devoti et obedientes vobis et sacro Romano imperio sicut domino suo unico, legitimo, naturali et precipuo. Non erunt in loco, facto, tractatu vel consilio aut consensu, quod vitam aut membrum, iura, honore vel regalia imperii perdatis aut capiamini mala captione aut recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam aut contumeliam vel quod aliquod ius, honorem vestrum, regni et imperii Romani, que nunc habetis vel in posterum habebitis perdatis. Consilium quod eis crediturus estis, ad dampnum vestrum scienter nemini pendent. Regnum et imperium Romanum eorumque regalia adiutores erunt vobis ad recuperandum, retinendum et manutenendum toto suo posse contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverunt, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse suo impedient. Et si impedire non poterunt, id quamprimum poterunt per se vel per nuncium aut per litteras vobis manifestabunt. Et si guerram contra quemcumque habueritis pro iuribus et honoribus imperii et vestris, de ipsa guerra toto posse suo vos iuvabunt quociens generaliter vel specialiter super hoc fuerunt requisiti. Consilium quod ab eis peccieritis secundum conscientias suas bonum, iustum et utile vobis dabunt. Hec et omnia alia, ad que verus fidelis et obeditus domino suo vero, legitimo et precipuo tenetur et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis et Romano imperio fideliter observabunt, sic eos et me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum est hoc in civitate Mediolan(i) in domo archiepiscopali in camera domini regis, presentibus dominis Balduino^u archiepiscopo Treueren(s)i, Theobaldo episcopo Leodien(s)i, Papiniano episcopo Parmen(s)i, Guydone episcopo Asten(s)i, Henrico episcopo Regino, Amadeo comite Sabaudie, Uualerano^v fratre domini regis, Guydone et Henrico de Flandria fratribus, Andrea de Guarretis^w testibus ad premissa vocatis et rogatis. – Ego Bernardus.

^u *MGH* Balduino.

^v *MGH* Waleramo.

^w *MGH* Garret.

32.

Syndikatsurkunde von Cremona.

s. d. [1311 Januar 1]

Randnotiz im Register des Bernardo de Mercato fol. 26v (neu 22v), Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00930.

Randnotiz: [de sy]ndicatu [Cre]mon.

Der Registereintrag selber wurde nicht ausgeführt, vier Fünftel von fol. 26v (neu 22v) blieben dafür frei.

33.

Treueid der Kommune Pavia.

1311 Januar 5, Mailand

Eintrag im Imbreviaturenbuch des Bernardo de Mercato fol. 18v–19r, Turin, AS, Sezione Corte, Materie politiche per rapporto all'estero, Diplomi Imperiali mazzo 3.1 n. 4.1 (a). – Beginn des Eintrags im Register des Bernardo de Mercato fol. 27r (neu 23r), ebd. mazzo 3.1 n. 4.2 (B).

DOENNIGES, Acta Henrici I (1839) S. 25f. Nr. 31 aus (a). – MGH Const. 4 I (1906) S. 486f. Nr. 527 aus (a).

BÖHMER/ABEL, Heinrich VII. (2020) Nr. 00937.

Randnotiz: de fidelitate Papie

IN nomine Domini amen. Anno et indicione quibus supra, die quinta mensis Januarii coram testibus infrascriptis. Discreti viri domini Beneuenutus.

Der Text bricht hinter Beneuenutus ab.

Die Folierung in römischen Zahlen durch Bernardo de Mercato geht noch bis fol. 32 weiter, es folgen aber keine Einträge mehr.

Abgekürzt zitierte Quellen und Literatur

- ASTEGIANO, Lorenzo (Ed.): *Codex diplomaticus Cremonae. 715–1334*, 2 Bde. (= *Historiae Patriae Monumenta* 2, 21–22), Turin 1895–1898.
- Beneventus de Sancto Georgio: *Historia Montisferrati ab origine marchionum illius tractus usque ad Annum MCCCXC*, in: MURATORI, Ludovico Antonio: *Rerum Italicarum Scriptores* 23 (1733), Sp. 305–762.
- BÖHMER, Johann Friedrich: *Regesta chronologico-diplomatica regum atque imperatorum Romanorum inde a Conrado I. usque ad Heinricum VII. Die Urkunden der Römischen Könige und Kaiser von Conrad I. bis Heinrich VII. 911–1313. In kurzen Auszügen mit Nachweisen der Bücher, wo solche abgedruckt sind*, Frankfurt a. M. 1831.
- BÖHMER, Johann Friedrich: *Regesta Imperii inde ab anno MCCXLVI usque ad annum MCCCXIII. Die Regesten des Kaiserreichs unter Heinrich Raspe, Wilhelm, Richard, Rudolf, Adolf, Albrecht und Heinrich VII. 1246–1313, neu bearbeitet von Johann Friedrich BÖHMER*, Stuttgart 1844; dazu 2 *Ergänzungshefte*, ebd. 1849 bzw. 1857.
- J. F. BÖHMER, *Regesta Imperii, Works in Progress*, VI. Die Regesten des Kaiserreichs unter Rudolf, Adolf, Albrecht, Heinrich VII. 1273–1313. Vierte Abteilung: Heinrich VII. 1288/1308–1313, Regesten ab 1310 Oktober 23/24, hrsg. von Michel MARGUE, bearb. von Christina ABEL, Linda HAMMANN, Sabine PENTH und Marlene ROTH unter Mitarbeit von Peter THORAU und Kurt-Ulrich JÄSCHKE, elektronische pdf-Ressource, Mainz 2020, online unter: www.regesta-imperii.de/publikationen.html#c203 (letztmals eingesehen am 12.12.2020).
- BONAINI, Francesco (Ed.): *Acta Henrici VII. Romanorum imperatoris et monumenta quaedam alia suorum temporum historiam illustrantia*, hrsg. von Petrus BERTI, 2 Bde., Florenz 1877 [ND Aalen 1970].
- DE' CONTI, Vincenzo: *Notizie storiche della città di Casale e del Monferrato*, Bd. 3, Casale 1839.
- Cronica di Benvenuto Sangiorgio Cavaliere Gerosolimitano*, Turin 1780; ND als: *Cronica del Monferrato. Opera di Benvenuto Sangiorgio* (= *Historia Urbium et Regionum Italiae rariores* 114, N. S. 30), Sala Bolognese 1975.
- DOENNIGES, G[uillelmus] (Ed.): *Acta Henrici VII imperatoris Romanorum et monumenta quaedam alia Medii Aevi*, 2 Teile, Berlin 1839.
- KISKY, Wilhelm (Bearb.): *Die Regesten der Erzbischöfe von Köln im Mittelalter*, Bd. 4: 1304–1332 (= *Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Kirchengeschichte* 21 IV), Bonn 1915.
- LUPO, Michele: *Due diplomi riferentisi alle relazioni di Enrico VII coi comuni di Venezia e Bergamo*, in: *Archivio storico Lombardo* Ser. 3 Bd. 19 Anno 30 (1903), S. 193–196.

Monumenta Germaniae Historica. Constitutiones et acta publica imperatorum et regum Tomus IV inde ab a. MCCXCVIII. vsque ad a. MCCCXIII. (= MGH Const. 4), ed. von Jakob SCHWALM, 2 Bde., Hannover und Leipzig 1906–1911.

NAVARRINI, Roberto (Bearb.): Liber privilegiorum comunis Mantue (= Fonti per la storia di Mantova e del suo territorio), Mantua 1998.